ſeſſione XIV. Anno 1515. præſidente Leone X. Papa, edicta eſt Decretalis ſuper confirmatione montis pietatis, ſub hac forma: Montes pietatis per Reſp. inſtitutos & autoritate ſedis Apoſtolicæ hactenus probatos, in quibus pro eorum impenſis & indemnitate, aliquid moderatum ad ſolas miniſtrorum impenſas & aliarum rerum ad illorum conſervationem (ut præfertur) pertinentium, pro eorum indemnitate duntaxat, ultra ſortem absque lucro eorundem montium recipitur, nec ſpeciem mali præferre, nec peccandi incentivum præſtare, nec ullo pacto improbari. Conf. Clopp. Tom. I. C. XI. p. 393. Denique decenti divinam benignitatem gratia mactans pedem hic figo, omniaque B. L. judicio relinquo.

Conſpectus totius Diſputationis.

§. 1. *Status controverſiæ ponitur.*
§. 2. *Materiale uſuræ conſideratur.*
§. 3. *Licitum definitur.*
§. 4. *Diſputationis totius methodus indicatur.*
§. 5. *Pecuniæ acceſſiones eſſe confirmatur.*
§. 6. *Dominum pecuniæ eſſe ſimul Dominum acceſſionum probatur.*
§. 7. *Dominum pecuniæ cum debitore de reſtituenda acceſſionis parte legitimè contrahere oſtenditur.*
§. 8. *Conſenſus Theologorum Noſtrorum, Calvin. & Moraliſtarum affertur.*
§. 9. *Requiſita creditoris & debitoris notantur.*
§. 10. *Notæ uſuræ mordacis adducuntur.*
§. 11. *Uſuram licitam eſſe concluditur.*
§. 12. *Objectiones ex Script. S. afferuntur.*
§. 13. *Ratio ſtatus Reipubl. Judaicæ probatur.*
§. 14. *Legem agrariam ex eâ profluere animadvertitur.*
§. 15. *Commerciorum in Rep. Jud. defectus notatur.*
§. 16. *In tali ſtatu Reipubl. uſuram permittendam non eſſe concluditur.*
§. 17. *Ad reliqua Scripturæ dicta reſpondetur.*
§. 18. *An uſura ſit licita quandoque licet pecunia nullas habeat acceſſiones.*
§. 19. *An quandoque viginti aut triginta pro centum exigere liceat? Affirmatur.*
§. 20. *An quandoque tribus aut quatuor pro centum debeamus eſſe contenti? Affirm.*
§. 21. *Quid ſentiendum ſit de Montibus Pietatis?*

COROL-

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id38060082X/23 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG